

## ETA SIGMA PHI 64th Annual Latin Translation Contest (2014)

### Intermediate Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

---

#### **The great general Gaius Marius concludes his speech to the Romans, in hopes of recruiting soldiers for the war in Africa against Jugurtha**

'Nunc quoniam illis, quantum mei mores, non illorum flagitia poscebant, respondi, pauca de re publica loquar. Primum omnium de Numidia bonum habete animum, Quirites. Nam quae ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia removistis: avaritiam, inperitiam atque superbiam. Deinde exercitus ibi est locorum sciens, sed mehercule magis strenuus quam felix; nam magna pars eius avaritia aut temeritate ducum adtrita est. Quam ob rem vos, quibus militaris aetas est, adnitimini mecum et capessite rem publicam, neque quemquam ex calamitate aliorum aut imperatorum superbia metus ceperit. Egomet in agmine aut in proelio consultor idem et socius periculi vobiscum adero, meque vosque in omnibus rebus iuxta geram. Et profecto dis iuvantibus omnia matura sunt: victoria, praeda, laus. Quae si dubia aut procul essent, tamen omnis bonos rei publicae subvenire decebat; etenim nemo ignavia immortalis factus est, neque quisquam parens liberis, uti aeterni forent, optavit, magis uti boni honestique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent; nam strenuis abunde dictum puto.'

#### **Notes:**

- line 1. *illis*: i.e., detractors of men like Marius, the members of the nobility  
line 2. *Numidia, -ae f.*: country of the Numidians in north Africa  
line 3. *Quirites*: citizens (of Rome)  
*Iugurtha, -ae m.*: king of Numidia, conquered by Marius in 106 B.C.  
*tutor (1)*: to preserve, protect, defend  
line 5. *strenuus, -a, -um*: vigorous, strong  
*adtero, -ere, -trivi, -tritum*: to wear away, waste, weaken  
line 6. *capessite rem publicam*: be eager to engage in politics  
line 7. *neque ... ceperit*: expresses a mild command  
*ex calamitate ... superbia*: construe with *metus*  
line 9. *iuxta*, adv.: equally, in like manner  
line 10. *matureo (1)*: to perform or finish in good time  
line 11. *subvenio, -venire, -veni, -ventum + dat.*: to come to aid, to help  
*ignavia, -ae f.*: lack of spirit, cowardice, sloth  
line 12. *uti = ut; uti ... magis uti*: introducing substantive clauses of purpose, governed by *optavit*  
*magis*: supply *quam*  
*boni honestique*: nominative, in apposition to subject of *exigerent*  
line 14. *strenuis*: contrasts with *timidis*  
*abunde dictum*: supply *esse*